



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Quid suspensio de eius speciebus & causis c. 42. 43. & 44.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

ne hæresis ( nisi quod ab hoc non possit per vicarium, sed tantum per se ipse. ) Hoc tamen priuilegium iam reuocatum esse quoad casus bullæ, per eandem bullam: & sic à casibus in illa contentis non posse absolueri etiam si occulti sint, atque ideò nec ab hæresi occulta.

*Quid suspensio, de eius speciebus,  
& causis. Cap. 42. 43. & 44.*

**S**uspensio est \* Ecclesiastica censure priuans vsu Ecclesiastici officij, vel beneficij. Cuius tres sunt species: quædam enim est ab ordinis, vel iurisdictionis officio: quædam à beneficio ecclesiastico, quodcumque sit illud: quædam ab officio, & beneficio simul, & singulæ his priuant aut ex parte, aut toto, & vel in perpetuum, vel ad tempus. Præterea sus-

penſio eſt duplex, à iure, vel ab homine. Spenſus ab ordine ſimpliciter, eſt ab omni ordine ſpenſus, atque adeo à Iurisdictione ſpirituali in eo fundata; & ſpenſus ſimpliciter ab officio, ſpenſetur ab ordine & iurisdictione, ſed ſpenſus à beneficio, non eſt ſpenſus ab officio, puta ordine & iurisdictione; & è contra regulariter ab officio ſpenſus, non ſpenſetur à beneficio. Quando verò ſimpliciter ponitur ſpenſio, intelligitur maior, & tunc ſpenſio eſt ab omnibus: ſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, priuatur poteſtate exercendi ordinem in Eccleſia, & audiendi diuina, ſpenſus ab administratione Eccleſiæ vel beneficii, non propterea eſt ab ordine ſpenſus.

Quatuor ſunt ſpenſionis cauſæ: efficiens, vt ſuperior, & quicumque poteſt excommunicare.

Materialis remota est persona Ecclesiastica: proxima verò peccatū & frequētius mortale. Forma certa non habetur, sufficet tamen si dicatur, suspendo te ab officio, vel beneficio. Finis est Clericorum correctio, & animarum salus.

*De effectibus, & absolute suspensionis. Cap. 45. & 46.*

**P**lures sunt suspensionis effectus. \* Primò nāque transgressores præcepti suspensionis ut plurimum mortiferè delinquit. \* Secundò fiunt irregulares, quādo non verentur ea, quæ sunt ordinis suspensi exētere. Secus vero si tantum recipiant. \* Tertio priuantur communionē eorum in quo suspenduntur ita ut peccent communicando cum aliis in eo actu & vice versa cæteri cum illis, ut qui recipit sacramenta à suspensio à collatione sacramentorum. \* Quarto.